

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Reuerendis uiris, eruditione & uirtute praestantibus dominis, Ioanni
Spangebergio gubernanti ecclesias Dei in comitatu Manfeldési, &
pastoribus, & caeteris eorum collegis, amicis suis, S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

erationum & unktionum absurditates. Intelligan-
tur ergo non comprobatae, sed ad illam deliberatio-
nem reiectae. Sed decebat esse magis ingenuam ora-
tionem * diceris: stylus indicat, non esse illa scripta
ab uno. Nos, Deo iuuante, uocem Euangelij incor-
ruptam docebimus, & in nostra confessione sem-
per sonabimus. Pagellas uestras uobis remitto. Be-
ne ualete. Die 13. Ianuarij. 1549.

Reuerendis uiris, eruditione & uirtute
praestantibus dominis, Ioanni Spange-
bergio gubernanti ecclesias Dei in comi-
tatu Mansfeldensi, & pastoribus, & caeteris
eorum collegis, amicis suis,

S. D.

Reuerendi uiri, & amici charissimi: Orat filium
Dei in agone suo, ut aeternus Pater Ecclesiae cōsen-
sum tueatur, ut unum simus in ipso: ut uerba, quae
extant in ea narratione, recitem. Nec est irrita illa fi-
lij Dei precatio. Semper erit aliquis coetus custos,
uerae doctrinae consentiens. Legi uestram delibera-
tionem, quam iudico & piam, & cum nostris sen-
tentijs congruere. Etsi autem multi Ecclesijs nostris
minitantur, et prosectio horribilis crudelitas in Sue-
uia exercetur: tamen nec uerae doctrinae corrupte-
las unquam recipiemus, nec uitiosos cultus appro-
babit. In alijs rebus adiaphoris, seruitutē quali-
bet duram tolerabimus. Nec propter leues causas
occafio-

fol. 159

occasione præbendam censemus ijs, qui pellerè pa-
stores conantur. Quæ de re cum à multis interroga-
ti simus, scripsi quid mihi uideatur. Quanquam
autem scio, quibusdam horridiores sententias ma-
gis placere: hæc magna causa est cur seruitutem to-
leremus, ne fiat in Ecclesijs solitudo, qualis iam in
multis locis est ad Rhenum et in Suecia. Nulli sunt
congressus, templa muta sunt, nec baptismus qui-
dem in templis: trucidantur, rapiuntur aliqui, &
coniuges aut filie. Nec magistratus ulli opem fe-
runt suis pastoribus. Quidam etiam gaudēt eos ex-
cuti. Cum igitur uideamus quo in periculo sint non
tantum docētes, sed etiam ipse Ecclesiæ, hoc est pij
cœtus, tantisper donec piè possumus, manere apud
Ecclesias studeamus, etiamsi tolerāda est aliqua ser-
uitus, quæ tamē sit sine impietate. Oremus autē fi-
liū Dei, ut ipse nos gubernet, et pœnas mitiget. Nō
humanis cōsilijs aut uirib. retineri lux Euāgelij in
genere humano potest. Sed Dei opus & beneficiū
est, tanti boni cōseruatio. Ab ipso igitur petamus et
expectemus auxiliū. Bene ualete. Die 23 Ianuarij. 1549.

Reuerēdo uiro, eruditione & uirtutē præ-
stanti, domino Ioanni Spangebergio, pa-
stori Ecclesiæ Dei in oppido Eisleben, &
gubernanti uicinas Ecclesias, ami-
co suo, S. D.

Reuerende uir, & amice charissime: Meministi
o s conso-

Rever
158. fol.